UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Mendacium fugiendum est propter quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Mendacium fugiendum eſt propter quinque.

Eccle.7 PRimo, quia ſcriptnra docet. Eccleſiaſticus. Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum. Idem. Ne accipias faciem aduerſus faciem tuã, nec aduerſus animam tuam mendacium. Faciem aduerſus faciem ſuam accipit, qui ueritate expulſa à corde ſuo, quæ eſt Dei ſimilitudo, falſitatẽ quæ eſt diaboli facies, aſſumit. Exod.
Exo.23 Non ſuſcipies uocem mendacij, nec iunges manum tuam, ut pro impio dicas falſum teſtimonium, &c. Secundo, fugiendum eſt, quia iſtud peccatum eſt diabolicum quia ipſe primum
Gen.3. mendacium dixit. Gene.3. Nequaquam moriemini, ſederitis ſicut Dij ſcientes bonum & malum, &c. Vnde
Io. 8. apud Ioanem dicitur ipſum eſſe mendacem & patrem mendacij, quia inuentor eſt, & ideo pater hominis mendacis, & homo mendax filius eſt diaboli mendacis per imitationem.
Io. 8. Vnde Io. Vos ex patre diabolo eſtis & deſideria patris ueſtri uultis facere. Tertio quia hoc peccatum odit Deus. Prou. Sex ſunt quæ odit Deus
Prou.6. & ſeptimum deteſtatur anima eius, oculos

oculos ſublimes, & linguam mendacẽ.
Quarto quia hoc peccatum ualde no
ciuum eſt Eccleſiæ Dei. facit enim ut
uix alicui fides adhibeatur. Vnde D.
Hieronymus. Mendaces faciunt ut ue Hieron.
ra non credantur. Vnde propter men
dacia hominum, multiplicantur iura-
menta & periuria. Quinto quia hoc
peccatum occidit animam. Vnde Pſal.5.
Pſal. Perdes omnes qui loquuntur
mendacium.

Maledictiones non ſunt inferendæ propter tria.

PRimo, quia ſcriptura docet.
Rom.12. Benedicite, & nolite Ro.12.
maledicere &c. Et Petrus. Non 1.Pet.3.
reddentes malum pro malo, nec ma-
ledictum pro maledicto, ſed è con-
trario beuedicentes. Secundo exem-
plo Chriſti & ſanctorum. Petrus ait. 1.Pet.2
Cum malediceretur non maledice-
bat, &c. Et Paulus. Maledicimus & 1.Cor.4
benedicimus, &c. Tertio propter duo
mala quæ ex his ſequuntur. Primum
eſt amiſſio regni Dei. Paulus hoc aſ-
ſerit inquiens. Neque maledici regnũ 1.Cor.6
dei poſſidebunt, &c. Secundum eſt,
quia ſæpe maledictio ſuper caput ma-
ledicentis reuertitur. Prou. Sicut auis Pr.26.